

addita desumptas, omnes ommitteret, et hic illic cum cod. 4 conveniret, ubi 4' malam exhibet
 210) & lectionem. Codices 4, 4', 4" non vidi ipse, sed

7) cod. bibl. Wirceb. chart. fol. saec. XVI. No. 81. continet chronicam cum continuatione
 - 1529, sed saepius inserit aliunde deprompta, quorum quaedam apposui.
 Ueberius de codice egit H. Huber ap. Boehmer *Fontes IV*, p. ^{LIV}.

Recensio prima fuit liber sextus maioris cuiusdam operis historici ex parte de:
 perdit. Nam cod. 4 inscriptus est 'incipit liber sextus'; praeterea in vita Bruno:
 nis IV. codd. habent omnes 'in superioribus, scilicet in chronicis imperatorum,'
 quae verba desiderantur in recensione II. Istorum chronicorum pars ad nostram
 aetatem pervenit, scilicet chronica quorundam regum ac imperatorum Roma:
 norum infra edita. Quae in cod. 2 scripta est ante ipsam chronicam praesu:
 lum et in enarrando proelio Lorringensi (1288) ita loquitur: 'In huius histo:
 ria et narratio infra, ubi de pontificibus Coloniensis ecclesie agitur, sub tem:
 poribus Syfridi arch. bot. plenius continentur.' Quod quidem ad chronicam
 praesulum spectare apertum est.

Sed chronica praesulum et chronica regum, licet partes sint eiusdem operis,
 dubium tamen videtur num eandem habeant auctorem. Quamquam circa
 idem tempus videtur compositae et in eodem fere anno subsistunt: sed nescio
 an nimis dissimile sit utriusque scribendi genus, quod quidem in chronica
 praes. multo copiosius est et ornatius. Notandum praeterea, quod de eodem
 facto Discrepancia tradunt: cum enim chronica praes. Wriboldum archiepiscop:
 um durissimas ^{recipere} conditiones pacis ab Alberto rege coactum esse narret, chro:
 nica regum Albertum archiepiscopo pro illatis sibi ad suggestionem malorum
 iniuriis beneficia regia pollicitum ad propria permeasse fingit. Isto et aliis
 quibusdam locis recensio II. propius ad chronicam regum accedit, cum tamen
 aliis longius. quam recensio I. ab ea recedat. Facile igitur factum esse potest,